



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis  
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum  
Spirituale**

**Blois, Louis de  
Monasterii Campidonensis, 1672**

Cap. II. Nativitas Christi D[omi]ni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](#)

## 14 HLUUDOWICI BLOSII

SPITO-  
ME VI-  
TAB  
CHRISTI  
ANN. I.

## CAPVT. II.

Natiuitas Christi Domini.

1. Christus natus in stabulo in Bethlehem.
2. Pastoribus ab Angelo nuntiatur.
3. Officium die circumciditur.
4. A Magis iugestiu & inuentu adoratur.

**I.** FACTVM est autem in diebus il-  
Ex An- lis, exiit edictum à Cæsare  
gusti de- Augusto, ut describeretur vniuer-  
ereto, Ma- ria & Ioseph vs-  
nunt, & ibant omnes vt profliterentur  
Bethle- hem: ubi singuli in suam ciuitatem. Ascen-  
Saluator dit autem & Ioseph à Galilæa de  
Luca 1. ciuitate Nazareth, in Iudæam in  
ciuitatem Dauid, quæ vocatur  
Bethlehem, eo quod esset de do-  
mo & familiâ Dauid, vt profite-  
retur cum Maria desponsata vxo-  
re prægnante. Factum est autem,  
cum essent ibi, impleti sunt dies  
vt pareret. Et peperit Filium suū  
primogenitum, & pannis eum  
inuoluit, & reclinavit eum in  
præsepio: quia non erat eis locus  
in diuersorio.

**2.** Et pastores erant in regione  
Pastores eadem vigilantes, & custodientes  
ab An- gelo mo- vigiliæ noctis super gregem suū.  
niti, ve- Et ecce Angelus Domini stetit  
nunti, fe- iuxta illos, & claritas Dei cir-  
finans cum fulsis illos, & timuerunt ti-  
Jesus sum more magno. Et dixit illis An-  
adoratu- gelus: Nolite timere: ecce enim  
euangelizo vobis gaudium ma-  
gnum, quod erit omni populo:  
quia natus est vobis hodie Salua-  
tor, qui est Christus Dominus, in  
ciuitate Dauid. Et hoc vobis si-  
gnum: inuenietis infantem pan-  
nis inuolutum, & positum in  
præsepio. Et subito facta est cum

Angelo multitudine militiae cæ-  
lestis, laudantium Deum, & di-  
centium: Gloria in altissimis Deo:  
& in terra pax hominibus bonæ  
voluntatis. Et factum est, vt dis-  
cesserunt ab eis Angeli in cælum,  
pastores loquebantur ad invicem:  
Transeamus usque Bethlehem,  
& videamus hoc verbum, quod  
factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinan-  
tes: & invenerunt Mariam, & Jo-  
seph, & infantem positum in præ-  
sepio. Videntes autem, cogno-  
verunt de verbo quod dictum e-  
rat illis de puer hoc. Et omnes,  
qui audierunt, miratisunt, & de  
his, quæ dicta erant à pastoribus  
ad ipsos. Maria autem conserva-  
bat omnia verba hæc, conferens  
in corde suo. Et reversi sunt pa-  
stores, glorificantes & laudantes  
Deum, in omnibus quæ audie-  
rant & viderant, sicut dictum est  
ad illos.

Et postquam consummati sunt  
dies octo, ut circumcidetur  
puer, vocatum est nomen ejus Je-  
sus, quod vocatum est ab Angelo  
priùs quam in utero concipere-  
tur.

Cum ergo natus esset Jesus in  
Bethlehem Juda in diebus Hero-  
dis Regis, ecce Magi ab Oriente  
venerunt Jerosolymam, dicen-  
tes: Ubi est qui natus est Rex Ju-  
dæorum? vidimus enim stellam  
ejus in Oriente, & venimus ado-  
rare eum. Audiens autem Hero-  
des Rex, turbatus est, & omnis  
Jerosolyma cum illo. Et congre-  
gans

3. Puer cir-  
cumcidetur  
vocatur  
Iesu.

Lucæ 2.

Math. 2.

4. Magi cum  
muneribus  
quaerunt Ie-  
sum Re-  
gem, &  
Historia  
Epiphany.  
Math. 2.

# MARGARITUM SPIRITUALE.

EPITO:  
 MS VI-  
 TAB  
 CHRISTI  
 ANN. I.  
 gāns omnes principes sacerdotū, & Scribas populi, scilicet ab eis ubi Christus nascetur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ: sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens eos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puer: & cùm inuenieritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cùm audissent Regem, abierunt, & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usquedum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: & aper- tis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

## C A P U T III.

### *Mariæ Purificatio, & Christi oblatio in templo.*

1. Iesus in templo sicutur offerturq; Patri.
2. Et à justo Simeone.
3. Aique ab Anna prophetissa agnoscitur.

Maria  
 mater &  
 puer Ie-  
**E**t postquam impleti sunt dies

purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in

Jerusalem, ut fisterent eum Do-

mino, sicut scriptum est in lege <sup>suæ in</sup> templo. Domini: Quia omne masculi <sup>templo.</sup> <sub>Lucæ 2.</sub> num adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. & vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturū, aut duos pullos columbarum.

Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, & homo <sup>Simeon</sup> <sub>senex</sub> iste justus, & timoratus, expeditans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Eret sponsum accepit à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cùm inducerent puerū Iesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis servum tuū Domine, secundum verbum tuū in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tue Israel. Et erat pater ejus & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel; & in signum cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc pro- <sup>Anna</sup> <sub>prophetis</sub> <sub>sa confi-</sub> cesserat in diebus multis, & vixe- <sub>tetur Redemptorē</sub>

C 2

rat